



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Defensio Abbatiae Imperialis S. Maximini**

**Zyllesius, Nicolaus**

**Treveris, 1638**

42. Wenceslai Imper. alterum eodem die & loco datum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14268**

41.

*Wenceslai Imperatoris Luxemburgi Anno  
MCCCLXXXIV.*

**W**ENCESLAVS Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, & Bohemiarum Rex. Notum facimus tenore presentium vniuersis, quod oblata nuper Serenitati nostrae per honorabilem & Religiosos Abbatem & Conuentum Monasterij Sancti Maximini extra muros Ciuitatis Treuirensis ordinis Sancti Benedicti, deuotos nostros dilectos supplex petitio continebat. Quatenus sibi quasdam litteras infra scriptas super iuribus, libertatibus & gratijs per praedecessores nostros, Romanorum Imperatores & Reges, & specialiter recolendae memoriae, quondam Serenissimum Principem Dominum Karolum, tunc Romanorum Regem, Genitorem nostrum charissimum ipsis & Monasterio ipsorum concessas & datas ratificare, autorizare, innouare & confirmare benignitate solita gratiosius dignaremur, quorum quidem priuilegiorum trium videlicet tenores sequuntur in haec verba. Karolus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, & Bohemiarum Rex ad perpetuam rei memoriam &c. Nos itaque ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, nec non intereratæ Genitricis eius Virginis Mariae, nec non diuini cultus augmentum dictorum Abbatis & Conuentus supplicationibus rationabilibus fauorabiliter annuentes, supra scriptas litteras, & omnia in eis contenta, in omnibus suis punctis, sententijs, clausulis & articulis, prout de verbo ad verbum expressantur superius, animo deliberato, maturo Principum, Baronum, & Procerum fidelium nostrorum accedente consilio, prout prouidè & rationabiliter processerunt, ratificamus, autorizamus, innouamus, & presentis Scripti testimonio de certa nostra scientia, nec non Regiae potestatis plenitudine confirmamus. Decernentes expressè, & hoc Regali statuente edicto, vt praescripta priuilegia, & omnia in eis contenta, vt praemittitur, perpetuò obtinere debeant roboris firmitatem. Nulli ergo omnino hominum liceat hoc nostrae ratificationis, authorizationis, innouationis & confirmationis paginam infringere, aut ei ausu quouis temerario contraire. Si quis autem contrarium attemptare praesumpserit, indignationis nostrae grauissimae aculeum, & poenam in supra scriptis priuilegijs contentam: & insuper ad nostrum arbitrium infligendam, cuius medietatem aërio seu fisco nostro Regio, residuam vero partem praedictorum Abbatis, Conuentus & Monasterij vsibus applicari volumus, se nouerit irremissibiliter incursum, presentium sub regiae nostrae Maestatis Sigillo testimonio litterarum. Datum Luxemburgi Anno Domini Millesimo Trecentesimo, octuagesimo quarto. Indictione VII. Sexto Idus Augusti. Regnorum nostrorum anno Bohemiae vicesimo secundo, Romani verò Nono.

42.

*Wenceslai Imperatoris alterum eodem die & loco Datum.*

**W**ENCESLAVS DEI gratia Romanorum Rex semper Augustus & Bohemiarum Rex. Notum facimus tenore presentium vniuersis, quod oblata nuper Serenitati nostrae, per honorabilem & Religiosos Abbatem

Ii

&amp; Con-

& Conuentum Monasterij Sancti Maximini extra muros Ciuitatis Treuirensis, ordinis Sancti Benedicti, deuotos nostros dilectos supplex petitio continebat, quatenus sibi quasdam Litteras infra scriptas super Iuribus, Libertatibus & gratijs per Prædecessores nostros Romanorum Imperatores & Reges, specialiter recolendæ memoriæ, Serenissimum Principem Dominum Carolum, tunc Romanorum Regem, Genitorem nostrum Carissimum, ipsis & eorum Monasterio concessas & datas, ratificare, auctorizare, innouare & confirmare benignitate solita gratiosius dignemur. Quorum quidem Priuilegiorum duorum, videlicet tenores sequuntur in hæc verba: Carolus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus & Bohemiæ Rex, ad vniuersorum notitiam tenore præsentium volumus peruenire, quod oblata nobis per honorabilem & Religiosum Abbatem totumque Conuentum Monasterij Sancti Maximini extra muros Ciuitatis Treuirensis, ordinis Sancti Benedicti deuotos nostros dilectos supplex petitio continebat, quatenus sibi Litteras continentia infra scriptæ & omnia contenta in eisdem quondam à diuis Imperatoribus & Romanorum Regibus & Prædecessoribus nostris concessas de solita benignitatis nostræ clementia approbare & confirmare gratiosius dignemur. Quarum tenor sequitur in hæc verba. In Nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Amen. Henricus diuina fauente clementia Rex; quoniam Regalis Antecessorum nostrorum prouidentia & sollicitudo in Construendis constructiue stabilendis Dei Ecclesijs piè iugiter inuigilauit. Idcirco benignissima Christi miseratione in cuius manu Regum corda vel Iura consistunt, Regni illorum diuturnitas viguit, vnde nos piè salubriterque de nostri Regni statu tractantes deuotamque illorum sollicitudinem imitari cupientes, priuilegia Antecessorum nostrorum Regum siue Imperatorum Cœnobio Sancti Maximini qui in suburbio Treuironum requiescit concessa vel attributa, ob interuentum dilectissimi Adelberti Hamaburiens. Archiepiscopi, nec non & Annonis Colonien. Archiepiscopi, & Eberardi Treuironum Archiepiscopi, Euerhardi quoque Frisingensis Episcopi, & Theodorici Verdunensis Episcopi aliorumque fidelium nostrorum, scilicet Gerhardi Ducis & Godefridi Ducis & Ottonis Marchionis, nostra etiam auctoritate roborare decreuimus, vt & Antecessorum nostrorum pietas non à nobis neglecta debilitetur, & Monachorum inibi Deo seruientium tranquillitas ab aliqua introducenda persona non inquietetur. Ea siquidem ratione vt idem Cœnobium vbi prænotatus Sanctus Pontifex cui Venerandus Abbas Theodoricus nunc præesse videtur, sicut sub Antecessorum nostrorum sic sub nostro Iure Mundiburdio & Defensione consistat, ne alicui Sedi aut Ecclesiæ, excepto nostræ Regali potestati Successorumque nostrorum famulum aut appendix vel beneficiarium subiaceat &c. prout habetur sub Nu. 26. Secundi verò priuilegij tenor sequitur, & est iste. Carolus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus & Bohemiæ Rex, ad vniuersorum notitiam tenore præsentium volumus peruenire. Quòd oblata nobis per Honorabilem & Religiosum Abbatem totumque Conuentum Monasterij Sancti Maximini extra muros Ciuitatis Treuirensis ordinis Sancti Benedicti, deuotos nostros dilectos supplex petitio continebat, quatenus sibi Litteras continentia infra scriptæ & omnia contenta in eisdem, quondam à diuis Imperatoribus & Romanorum Regibus Prædecessoribus nostris concessas de solita benignitatis nostræ clementia approbare & confirmare gratiosius dignemur. Quarum tenor sequitur in hæc verba. In Nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Amen. Henricus diuina fauente clementia Rex. Quoniam Regalis Antecessorum nostrorum

prout.

providentia & sollicitudo in construendis constructivè stabiliendis Dei Ecclesijs pia iugiter inuigilavit. Idcirco benignissima Christi miseratione in cuius manu Regum corda vel Iura consistunt, Regni illorum diuturnitas pacificata viguit & effloruit de nostri statu Regni tractantes, deuotamque illorum sollicitudinem imitari cupientes priuilegia Antecessorum nostrorum Regum siue Imperatorum, Cœnobio Sancti Maximini, qui in suburbio Treuironum requiescit, concessa vel attributa, ob interuentum dilectissimæ Coniugis nostræ Cunigundæ, fidelis Reginæ nostræ, etiam nostra autoritate roborare decreuimus, vt & antecessorum nostrorum beneuola pietas non à nobis neglecta debilitetur, & Monachorum inibi Deo seruientium tranquillitas sub aliqua sub introducenda persona non inquietetur &c. prout habetur sub Numero 19. Nos itaque ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, nec non intemeratæ Genitricis eius Virginis Mariæ nec non diuini cultus augmentum dictorum Abbatis & Conuentus supplicationibus rationabilibus fauorabiliter annuentes supra scriptas litteras & omnia in eis contenta, in omnibus suis punctis, sententijs, clausulis & articulis, prout de verbo ad verbum superius expressantur, animo deliberato, maturoque Principum, Baronum, & Procerum fidelium nostrorum accedente consilio, prout prouidè & rationabiliter præcesserunt, ratificamus, autorizamus, innouamus & præsentis scripti patrocinio de certa nostra scientia, nec non Regiæ Romanorum potestatis plenitudine confirmamus, decernentes expressè, & hoc Regali statuentes edicto, vt præscripta priuilegia & omnia in eis contenta vt præmittitur, perpetuò obtinere debeant roboris firmitatem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ Ratificationis, Authorizationis, approbationis innouationis, confirmationis & Decreti paginam infringere, aut ei ausu quouis temerario contraire. Si quis autem contrarium attentare præsumperit, indignationis nostræ grauissimæ aculeum ac pœnam in inscriptis priuilegijs contentam, & insuper ad nostrum arbitrium infligendam se nouerit iremissibiliter incursum. Datum in Luxembourg, Anno Domini Millesimo, trecentesimo, octuagesimo quarto, Indictione septima, sexto Idus Augusti. Regnorum nostrorum Anno Bohemiæ vicesimo secundo, Romanorum verò nono.

43.

*Wenceslai Imperatoris Mandatum Protectorium Luxemburgi datum Anno MCCCCLXXXIV.*

**W**ir Wenzlaw von Gottes Gnaden Römischer König zu allen zeitten mehrer des Reichs vnd König zu Bohem / Bekennen vnnnd thum kundt öffentlich mit diesem Brieff allen den / die ihn sehen oder hören lesen. Wan wir dem Ehrsamem vnd geistlichen / dem Abte vnd Conuent des Closters zu S. Maximin S. Benedicten Orden / Unseren vnnnd des Reichs lieben andächtigen ihre Briue / Priuilegien / vnnnd handtvesten / die sie von sehtzger gedechtnusse erwan Unseren lieben Herrn vnd Vatter Kaiser Karle / vnnnd Unseren Vorfahren an dem Reiche Räsfern vnnnd König gehabt vnd herbracht haben / bestet vnd Confirmiert haben. Als das andere Unser Briue / die Wir ihn mit Unser Königlich Mayestät Insigel versigelt darüber geben haben / wollt außweissen. Darumb so gebietten Wir dem Burgermeister / Rathe vnnnd den Burgeren gemeinlich der Statt zu Trier / die nue sein / oder in zeitten werden / ernstlich vnnnd

It 2

vesti